1 Colonus finitio contractu propter meliorationes potest vti retentione. in auc. qui rem. nu. 2. de sacrosan. eccle. fo. 26.
Et quid si male vtatur an possit expelli. ibidem.
4 Colonus si per. xxx. annos non soluit pensionem an prescribat. in lege. agitur. in. ij. lec. nu. 4. de prescrip. xxx. vel. xl. annorum. fo. 30.
Colonus an prescribat actionem personalem. ibi. nu. 5. cum seq.
Colonus an prescribat rem. ibi. nu. 6. et nu. 8.
4 Colonus an possit prescribere ius colonatus. in. l. omnes. nu. 4. de prescrip. xxx. vel. xl. an. fo. 32.
1 Colonus meus conuenitur a quodã qui pretendit se possessorem fundi mei de vi turbatiua an poterit me in iudicio nominare. in. l. si quis alterius. nu. 9. vbi in rem act. fo. 185.
2 Colonus vel inquilinus an possint opponere exceptionem prescriptionis domino. in. l. plures. nu. 3. de fide instru. fol. 60.
4 Colonus vel inquilinus propter expensas factas in re habet retentionem donec expense reddantur. in. l. non ab re. nu. 3. vnde vi. fo. 146.
4 Colonus an possit interuertere possessionem domino. in. l. j. n. 3. cõmu. de vsuca. fo. 19.
2 Coloni partiarij res sunt obligate pro partiaria prestatione. in. l. certi iuris. nu. 6. loca. fo. 135.
2 Colono an detur aliquod interdictũ possessorium. in. l. si de fundo. nu. 2. loca. fo. 137.
2 Colonus vel inquilinus quando possit expelli. et quid si dominus de facto spoliat colonũ vel inquilinum qualiter subueniatur ei. in. l. edẽ. nu. 2. ver. sed quid loca. fo. 133.
4 Colonus qui tenetur dare domino tertiã partem fructuũ an possit deducere expensas. in. l. j. nu. 4. de fruc. z lit. expen. fo. 72.
2 Colonus partiarius ad lõgũ tempus an possit statim q̃ nõ soluit expelli. in. l. edem. nu. 6. loca. fo. 133.
4 Colonus per acquisitionem tituli a nõ domino an cãm possessionis sibi mutare possit. in. l. cum nemo. in. j. z. ij. lec. de acqui. pos. fo. 22.
4 Colonus qui propter nõ solutã pensionẽ expellitur maturis fructibus debet rehabere pretiũ operarũ. in. l. edem. nu. 7. ver. sed nunqd. loc. f. 133.
4 Colonus si emit a vero dño vel quẽ putabat vere dñm cũ locãs nõ fuit vere dñs an colonus mutauerit sibi causam possessionis. in. l. cuz nemo. nu. 4. de acqui. pos. fo. 37.

3 **Collatio** dotis cessat in successione trãsuersalium. in. l. j. nu. 1 de legi. here. fo. 144.
3 Conferri an debeãt fructus aduentitiorum quos filius patiente patre percepit. in auc. ex testamento. nu. 1. ver. de cimũ. de col. fo. 49.
3 Collatio inter quos habeat locũ z quãdo. in. l. si emancipati. nu. 8. vers. item potest. de colla. fo. 49.
Conferre an teneatur qui nõ vult succedere vniuersaliter. ibi. nu. 16.
4 Collatio nõ venit per modũ petitionis sed per viam exceptionis. in. l. si deportatus. nu. 1. de bo. dam. fo. 238.
Collatio an fiat et que bona veniãt in collationẽ ponit septẽ regulas q̃ hodie hñt locũ. in. l. quoniã nouella. nu. 1. 2. 3. z. 4. de inoffi. testa. f. 192.
3 Conferri nõ debent ea que veniunt ad filios iure primogeniture. i auc. ex testamento. nu. 16. de colla. fo. 46.
Conferri an debeant post mortem patris lucrata per filium mercatorẽ ibi. nu. 17.
Collatio specialis quãdo fiat remissiue. ibi. nu. 18.
1 Conferri an debeat lucrũ factum per filium cũ pecunia paterna vel sibi imputare. in. l. oĩmodo. §. imputari. nu. 5. de inoffi. test. fo. 193.
3 Conferri an debeãt fructus percepti ex pecunia patris. in auc. ex testamento. nu. 7. ver. nouum capitulum. de colla. fo. 46.
Conferri an debeat lucrum factum in negotiatione cũ pecunia patris. ibi. ver. decimum. z nu. 8.
Et quid de vsuris acquisitis ex pecunia. ibi. ver. quid dices.
3 Conferri an debeant acquisita post mortem ex precedenti ordinatione in vita. in. l. ea demum. ver. quero. de colla. fo. 48.
Confert emancipatus emancipato iure nouo. in. l. si emancipati. n. 1. et nu. 2. z nu. 11. in fi. de cola. fo. 48.
Conferre non tenetur si donauit amico meo quem postea heredẽ instituit cum filio meo. ibi. nu. 3. fo. 49.
Collatio non habet locum in successione transuersaliũ vel quando ascẽdentes succedunt descendentibus. ibi. ver. secunda.
Collatio q̃ cessat in succedentibus ex alio capite nõ hz locũ si oẽs liberi sunt exclusi a capite liberorũ z veniunt ex alio capite. ibi. ver. tertia.

2 **Commodatarius** qui suscepit omne periculum cu modatus non estimatus perijt casu fortuito non ineruenière culpa nec mora ipsius commodatarij an poterit conueniri ex pacto. in. l. j. nu. 2. commo. fo 63.
2 Commodum rei vendite pertinet ad emptorem. in rub. nu. 9. de peric. z commo. rei ven. fo. 117.
Commodum q̃ pertineat ad venditorem. in. l. j. nu. 4. eo. titu. fo. eodez.
2 Commodatarius tenetur restituere rem sibi commodatam ad pignorandum postq̃ satisfecit debitum. et quo iure teneatur. in. l. de restituendo. nu. 1. cõmo. fo. 63.
Commodaui tibi non ad pignorandum sed ego ipse pignoraui p te tan agam contra te vt luas. ibi. nu. 2.
2 Commodatum non est nisi habeat vsum determinatum cum tempore expresso vel tacito. in. l. cum eum. nu. 1. commo. fo. 63.
Comodo tibi habitationem talis domus q̃diu habitare volueris an istud sit commodatum vel precarium. ibi. nu. 2. fo. 64.
Commodatum non potest reuocari nisi finito vsu. ibi. nu. 3.
Commodatarius an possit exigere rem a fure. et an teneat domino penam reddere et qualiter agat. in. d. l. manifestissimi. §. sed cum in secundam. nu. 1. z. 2.
3 Condemnata res si subtrahatur an sit in electiõe domini vtrũ agat cõtra furem an contra commodatarium. et quid si dñs non vult de presenti eligere seu differre. in. l. manifestissimi. nu. 6. cũ plu. seq. de fur. fo. 18.

4 **Communicans** cum excommunicato in cõtemptu clauiuz põt criminaliter puniri nõ solum pena spũali sed etiã pena tpali. in. l. j. nu. 1. de male. z ma. fo. 132.

4 **Communis** opinio an plus valeat quã fama. in. l. ea qui dem. nu. 69. de accu. fo. 221.
1 Cõmunis vsus qualiter probetur z qualiter formetur articulus ad probandum cõmunem vsum. remissiue. in. l. omnes. nu. 2. de feriis. f. 181.
1 Communicari an debeant predia empta per patruum si patruus z ne pos stant simul z iste patruus vendit fructus z emit inde predia suo nomine. in. l. si vt proponis. nu. 6. de rei ven. fo. 206.
4 Comites palatini an possint prestare autoritatem super arrogatione. in. l. cum in adoptiuis. §. que in filio. nu. 7. de adop. fo. 182.
4 Comminationes an aliquid operentur. Et an cõminatio habeat vim peremptorij. in rub. nu. 2. com. vel epi. fo. 89.
Comminatio an sit necne quomodo cognoscatur. ibi. nu. 3.
4 Comminationes iudicum regulariter non valent nisi respiciant cõtẽptum iudicis. in. l. j. ver. sed dic. commi. vel epi. fo. 69.
Comminatio tamen quo casu valeat si interiz expiret iurisditio. an eua nescit. ibi. nu. 21.
1 Commissarius qui habet potestatem vendendi an possit vendere filio in sua potestate. in repe. l. habeat. nu. 30. de sacrosan. eccle. fo. 13.
1 Commissarius ad pias causas potest mouere contra heredem actiones vel contra debitorem hereditatis causa faciendi executionem. in. l. id q̃ pauperibus. nu. 18. de epis. z cle. fo. 40.

**Commissarius** ad pias causas potest cõstituere procuratorem in iudicio ante lit. contest. ibidem nu. 19.
3 Cõmissio extraordinaria z grauis potius intelligitur facta persone q̃ dignitati. in. l. vnica. §. ne autem. nu. 2. de cad. tollen. fo. 186.
1 Commissarij vltimarum voluntatum deputati ad vẽdẽdum an possint habere gratuitam fidem de pretio. in. l. in ciuile. num. 2. in. fi. de rei ven. folio. 206.
1 Commissarij duo si sint cõstituti an vn9 sine altero possit exequi. in auc. generaliter. de epis. z cle. fo. 43.
4 Commissio facta per iudicem alicui vt mittat aliquem in possessionem an poterunt hec per alium expediri. in. l. nec ex vera. num. 3. de acquirẽ. posse. fo. 23.

4 **Comparere** qui non vult videtur de causa diffidere. in. l. si ea. nu. 1. qui accu. non pos. fo. 205.

2 **Comparatio** literarum ex priuata scriptura z depositione testium cõfirmata per iudicem approbata est solẽnis z probat plene. in auc. sed nouo iure. nu. 7. si cer. pe. f. 10.
2 Comparatio literarum ad hoc vt operetur in instrumento quid requiratur. in auc. sed nouo iure. nu. 9. si cer. pe. fo. 10.
Et quare obligatio non probatur per testes. ibi. nu. 10.
Comparatio literarum ex scriptura priuata non fit nisi fit a tribus testibus subscripta z ei9 fides approbata. in. l. comparationes. num. 1. de fide instru. fo. 61.
Comparatio potest dupliciter considerari. ibi. nu. 6.
Comparatio quare fit introducta. ibi. nu. 7.
Comparatio ex quibus instrumentis fiat. ibi. nu. 8.
Comparatio vt fiat an iudex possit cogere partem ad scribẽdũ aliquid sua manu. ibi. nu. 10.
Comparatio ad que instrumenta fiat. ibi. nu. 11.
Comparatio in quibus casibus fiat. ibidem numero. 12. cũ plu. sequen. folio. 61.
Comparatio qualiter z per quos fiat. ibi. nu. 17. z. nu. 18.
Comparationis effectus quis sit ibi. nu. 19.
4 Compromissum prorogandi si quis habet potestatem an possit facere nulla parte citata. in. l. prima numero. 13. de sententia ex pericu. recitan. folio. 49.
Compromitti an possit causa restitutionis in integrum. l. cum scimus. nu. 4. vbi z apud quem. folio. 156.
4 Comparere personaliter quis cogitur propter infamiam. in auc. qui semel. nu. 8. quo. z quando iudex. fo. 47.
4 Compromissum factuz sub nomine dignitatis an sit personale. in. l. vni cau. nu. 9. de priuile. do. fo. 135.

Compaternitas

# Baldi super toto Codice.

3 Compaternitas an possit contrahi per procuratorẽ. in. l. vnica. §. ne autem. nu. 16. de cad. tol. fo. 173.
1 Compromissum z laudum nõ debent claudicare. in. l. cum autea. n. 1. de arbi. fo. 162.
2 Comparatiuũ nõ potest excludere qualitatem positiui z superlatiuum qualitatem vtriusq3. in. l. j. nu. 3. de proba. fo. 33.
Et in penis est reperire positiuum comparatiuum z superlatiuuz. ibi.
1 Comparere personaliter quibus casibus quis cogatur. in. l. in pecunia rijs. nu. 4. de procu. fo. 138.
Et quid de muliere. ibidem. nu. 5.

1 **Compromitti** an possit in episcopuz licet sit ordinari9. in. l. si qui ex consensu. nu. 1. de epis. audiẽ. folio. 59.
4 Compromissum potest fieri in aliquo perpetuo duraturum idest q̃diu viuant arbitri. in auc. si tamen. nu. 1. de tempo. appellatio. fo. 111.
Compromissum factum ad regem Francozum sub nomine dignitatis tantum an transeat ad successorem. ibi. nu. 2.
1 Compromissum cum iuramento an valeat. in auc. decernimus. nu. 2. de arbi. fo. 162.
1 Compromissum non potest fieri nisi in causis ciuilibus. in. l. si qui ex cõsensu. nu. 2. de epis. audi. fo. 59.
Cõpromissum est ipso iure nullum q̃ quis est coactus ad cõpromittendũ in aliquẽ habet iurisditionem vel dignitatem quod no. ibi. nu. 3.
Et quid in arbitratore an requiratur partis psentia vel requisitio ei9. ibidem. nu. 4.
Compromitti an possit in monachum. nu. 5.
1 Compromitti an possit super sententia. in. l. si causa cognita. num. 6. de transac. fo. 121.
1 Compromissum si est factum cum pena an habeat locũ emologatio expressa vel tacita vt per hoc detur actio in factum vel exceptio. in. l. cum autea. nu. 2. ver. iuxta hoc. de arbi. fo. 162.
1 Compromissum non valet vt arbiter certam ferat sentẽtiam. Et an valeat vt ferat eam de iure vel secundum consilium alicuius sapiẽtis. in. l. j. nu. 5. de arbi. fo. 161.
1 Compromitti an possit in mulieres habentes iurisditionem. in. l. sanci mus. nu. 1. de arbi. fo. 161.
Compromissi penam an incurrat ille qui pro parte obtinet z pro parte succumbit. ibi. nu. 3.
4 Compromissum si fuit factum in primo anno. x. diebus duraturuz z sic per. x. dies durauit impedimentum. x. dies tantũ restituuntur. in auc. ei qui. nu. 9. ver. pone q̃ de tempo. appel. fo. 111.
4 Compromissum quãdo possit reuocari. in. l. si donationem. nu. 1. in. ij. le. de reuo. do. fo. 195.
4 Compromittens an possit appellationem prosequi soluendo penã cõpromissi. in. l. eos. §. apostolos. nu. 17. de ap. fo. 105.
4 Compromissum fuit de quãtitate dotis in arbitratorem adiecto mense ab ipsis compromittentibus vltima die mẽsis arbitrator absente reo tulit laudũ an valeat. Et qd si cireriozi die. in. auc. et q. n. 7. 8 tẽ. ap. f. iii.
1 Compromittere in arbitrum an possint partes posi latã sentẽtiaz. in. l. si diuersa. nu. 5. de trãsac. fo. 117.
4 Cõpromissum arbitratoris simplicis si est generale an in eo veniat refricatio decisorũ per rem iudicatã a iudice. in. l. j. nu. 8. quando pronoc. nõ est necel. fo. 115.
1 Cõpromissum si fit inter duos diuersi fori in quẽdã alterius fori tanq̃ in arbitratorem qui tulit laudum si petaf istud laudum reduci ad arbitrium boni viri coram quo iudice peti possit. in. l. quoniam ea. nu. 2. vbi z apud quem. fo. 156.
4 Compromissum si fit in arbitrum cũ plenaria potestate an possit pronũtiare omisso ordine. in. l. plata. nu. 15. de sentẽ. z interlo. om. iud. fo. 53.

**Compensatio** an fiat si debitum est volũtarij relictum vo necessarij ex dispositiõe legis. in. l. si vroz tua. nu. 5. de bo. auto. iud. possi. fo. 128.
1 Compensatio vel imputatio respiciens fauorem certe persone an proiogetur ad aliã personam. in. l. filium quem. nu. 11. fami. her. fo. 227.
2 Compensatio in omnibus tã realibus q̃ personalibus vel mixtis admittitur z q̃n. in. l. compensationes. nu. 1. z. nu. 3. de compensa. fo. 84.
Compensatio an procedat in actione depositi. ibi. ver. 4ij. z nu. 6. fo. eod.
Compensatio an pcedat de liquidis ad iam liquidata. ibi. nu. 4. z. n. 5.
Compensatio an admittatur in maleficijs. ibi. nu. 7.
2 Compensatio quid sit. in. l. compensatiões. numero. 8. de compensatio. folio. 84.
Compensatio ex quibus debitis obiiciatur. ibi. nu. 10.
Compensatio in quibus rebus locum habeat. ibi. nu. 11.
Compensatio an admittatur in eo quod eli debitum rei per restitu. in integ. ibi. nu. 13. ver. quero.
2 Compensatio an z quando fiat ipso iure. in. l. constat. nu. 1. z. nu. 4. de cõpen. fo. 83.
4 Compensatio nõ fit nisi oppõatur in modũ exceptionis. nã si in modum cõuentionis opponitur non fit quod est no. in. l. cum papinianus. nu. 9. de sen. z interlo. om. iudi. fo. 57.

Compensationis exceptionem opponẽs hinc inde debitum confitet secus si recõuenit. ideo magis expediret recõuenire quã excipere. quod est not. ibi. nu. 10.
2 Compensatio in quibus casibus cesset ipso iure in effectu. in. l. ea que. de compen. fo. 82.
2 Compensatio exequutiue veniẽs pertinet ad officium iudicis. in. l. si cõstat. nu. 5. de compen. fo. 83.
Et que moueãt iudicis officiũ ad faciendã compensationem. ibi.
Compensatio est duplex. ibi. nu. 8.
Compensationẽ patitur mulier si maritus est debitor mulieris z econtra mulier viri ex rebus amotis. in. l. neq3 scriptura. nume. 1. versi. tertio queritur. eo. ti. fo. 83.
Cõpẽsatio nõ potest oppõi coram arbitro. Et quid in delegato. ibi. n. 4.
Memo compensat qs sibi debetur. et idem si ille cui debet ꝛsentit. i. l. ei9 nu. 1. eo. tit. fo. 83.

3 **Concesso** vno videtur cõcedi qs sequitur ad illud. in. l. q̃uis. nu. 3. de fideicõ. fo. 143.
1 Concessum alicui in priuilegium non extenditur ad aliam psonam. in. l. j. nu. 1. de legi. fo. 60.
1 Concessio testandi libere facta a principe. an intelligat redacta ad ius cõmune. an ꝯo ad ius municipale vel consuetudinarium qs viget in loco. in. l. si. quando. nu. 2. de inoffi. test. fo. 195.
1 Concedens castrum in quo habet merum imperium z mixtum z iurisditionem z dicat hoc modo do tibi castrũ cum plena iurisditione inclu ditur merũ imperium. in. l. placet. nu. 12. de peda. iudi. fo. 175.
Et ille cui facta est concessio potest dare tutorem vel curatorẽ. ibi. n. 13.
Et nũquid ille possit ibidẽ legitimare z restituere fame. ibi. nu. 14.

4 **Conscientia** triplex. in. l. de eo. nu. 5. z. nu. 11. de pe. in. qui ma. iu. fo. 68.
3 Concessio si est facta in feudum ea lege vt extra cognatos non alienem an inter agnatos videatur permissum. in. l. et si inutiliter. nu. 9. in addi de fideicõ. fo. 133.
1 Concessione per hec verba facta cõcedimus tibi omnia que sunt meri z mixti imperij iurisditiones in tali castro an maiores cause et medie in ciudanf in ista cõcessione. in. l. placet. nu. 10. de peda. iudi. fo. 175.
1 Cõcessio talis presumitur precessisse qualis apparet solutio. in. l. si certis annis. nu. 9. de pac. fo. iii.
2 Cõcessio si est facta titio z eius filijs z heredibus an copula z ampliet an ordinet an arctet. in. l. j. nume. 5. versi. quid de iure emphyteotico. folio. 141.
3 Concessit quis mihi z titio q̃ possumus decoquere in furno suo gratis omi hebdomada. x. staria frumẽti decessit titius an mihi accrescat portio. titij. in. l. vnica. §. cum. nu. 1. z. nu. 3. de cad. tol. fo. 175.

4 **Conclusio** nõ est necessaria in criminali. in. l. in causis. num. 6. de accu. fo. 222.
4 Conclusione facta in causa an aliquid possit produci. in. l. nec causas. n. 1. de ap. fo. 107.
Conclusione in causa nõ vtimur de iure ciuili q̃n relatio fieri debeat ad superiorem. ibi. nu. 2

1 **Concordia** si est permissa per statutuz in criminalibus. an exista concordia oriat exceptio non solum declinatoria sed etiam peremptoria. in. l. transigere. nu. 6. de transact. folio. 118.
1 Concordia quid sit. in. l. de fideicõmisso. nu. 1. de transac. fo. 116.
3 Concordia vnde dicatur. Et quid importent verba fine concordia. in. q. de schisma. nu. 27. fo. 113.
Concordia est dupler. ibi. nu. 28.

2 **Concilium** totum dicitur suspectum si caput synodi vel cõcilij est suspectũ. in. l. j. nu. 5. si rec. puin. f. 149.
4 Conclusio ista bona non est meum ergo est alienum. z quãdo. in. l. si nu. 2. vnde vi. fo. 147.
1 Conclusio hec generalis in libello quare narratis narrãdis peto p me ferri sententiam procedit. Item si dicatur quare peto causam debito fine terminari. in repe. l. petens. de pac. fo. 108.
1 Conclusio libelli in criminali causa nõ attenditur. secus in sciuili. in. l. z si scueriot. nu. 13. in qui. cau. infa. irro. f. 130.
4 Cõcludi an possit in criminali ita q̃ iura notoria que spectant ad defensionem non possint produci. in. l. si accusatoribus. nume. 19. cum seq. de accu. fo. 216.
Conclusio an sit de ordinatione cause. ibi. nu. 21.

3 **Conditio** si fuit apposita in contractu: demũ de partium voluntate fuit cãcellata conditio an remaneat cõtractus purus an nullus. in. l. si plures. nu. 36. de condi. inser. fo. 159.
1 Conditio veritatis non videtur inesse in aliquo actu decisorio litis. i. l. si ex falsis. n. 4. de transac. fo. 135.
1 Conditio impossibilis an vitiet cõtractũ z quid de modo impossibili in. l cum donationis. nu. 3. de transac. fo. 123.
Cõditio si decesserint sine liberis si apponitur monacho instituto vel sacerdoti hoc casu conditio liberorum nõ facit conditionem. in. l. generaliter. §. cum autem. nu. 3. de institu. z substitu. fo. 75.

Universidad de Deusto



3 Cõditio potestatiua adiecta filio instituto in re certa quãdo debeat impleri.in.l.si pater.nu.20.de insti.z substi.fo.74.
3 Cõditio tacita impedit natiuitatem actiõis.in.l.vnica.nu.14.de cadu. tol.fo.170.
4 Conditio reddẽdarum rationum quatuor complectitur.in.l.cuz testamẽto.nu.4.de testa.ma.fo.3.
3 Cõditio proprie que dicatur.in rubri.nu.3.de insti.z substi.sub 2di.fac. fo.72.
In conditionibus an attendatur merum factum.in rubri.num.5.de insti.z substi.sub cõdi.fac.fo.e0.
3 Cõditio collata in vnum casum impletur per alium cuius similis est effectus.in.l.si mater.in primo nota.de institu.z substi.sub.cõdi.fac.f.73.
1 Cõditio que filij fauorem respicit an faciat locum querele z nũquid annullet institutiõem.in.l.filius.nu.1.z.nu.2.de inoffi.testa.fo.190.
Conditiõe institutiõis pẽdẽte an possit peti bono.possess. secun. tab.ibidem.nu.3.
Et quãdo põt peti an tribuat plenum ius ibi.
Et quid fiet intra terminum ex quo pater nõ põt effectualiter agnoscere bono.possess.nec filius põt acquirere.ibi.ver.tertio quero.
4 Cõditiõis existẽtia an vestiat pactum in.l.interloquutio.n.3.commi.vel epi.fo.90.
3 Cõditio quid sit in rub.de insti.z substitutio.sub cõditio.fac.fo.72.
Cõditionuz alia expressa alia tacita.ibi.nu.1.
1 Cõditio iurisiurãdi apposita in diuisiõe an debeat impleri.in.l.si cũ patruo.nu.1.z.nu.2.communia vtriusq3.fo.234.
3 Cõditio quãdo fingit retro an ad legatariũ pertineãt fructus interim percepti.in.l.si duobus.§.si q1.nu.6.commu.de leg.fo.153.
3 Cõditionez nõ facit mẽtio mortis in donatiõe cã mortis.in.l.post mortem.nu.13.de fideicom.fo.149.
3 Cõditiõis appositio nõ est proprie grauamẽ.in.l.ab eo qui.nu.1.de fide com.fo.148.
1 Cõditionez remittẽs an videat remittere cõditionatuz.in.l.j.num.2.de pac.fo.98.
3 Cõditio an possit perpetuo impleri.in.l.si plures.nu.33.de cõdi. inser. fo.159.
Cõditionem implere quãdo quis compellatur.ibi.nu.34.
Compelli an possit ille cui dz impleri vt recipiat.ibi.
Et si semel noluit recipere an possit penitere z petere iteruz sibi offerri. nume.33.
3 Cõditio impossibilis an vitiet legatum.in.l.vnica.num.16. cum seq.de his que pe.no.fo.132.
4 Cõditiõ ale aliquid si deducitur in iudicio debet conditio liquidari.in l.si quidem.nu.8.de excep.fo.162.
3 Cõditio dãdi semper ex partu recipiẽtis intelligitur potestatiua.in.l.cũ quidam.nu.5.de cõdi.inser.fo.159.
4 Conditio dz se habere ad esse z nõ esse.alias nõ esset cõditio.in.l.si quis ad se.nu.8.de vi pub.vel priua.fo.228.
3 Conditio vna indiuidua quãdo additur pluribus debet insolidũ ipleri z si impletur ab vno z non ab altero prodest soli implenti z vocatur ad partem suam.in.l.si plures.nu.16.de cõdi.inser.fo.158.
Conditio in vltimis voluntatibus non transit ad heredem etiã suum. ibi.nu.19.
Cõditio in cõtractibus ad trãseat ad heredem.ibi.nu.23.fo.159.
3 Cõditio si est apposita fauore honorati solius vel saltem principaliter licet cesset cõditio.nõ tamẽ cessat relictum.in.l.j.nume.11.de insti.z substi.sub con.fac.fo.72.
Cõditio dãdi an sit cõditio potestatiua.ibi.nu.12.
Cõditio si manumiseris seruum est mera potestatiua.ibi.nu.13.
Cunditio an habeatur pro impleta quando quis impeditur facto tertij.nu.14.
Conditio si fundum dederit an dicatur consistere in facto.ibidem numero.15.
Cõditio si fundum cõdiderit an dicatur consistere in facto vel in dãdo ibi.numero.16.
Cõditio difficilis habetur pro impossibili.nu.17.
Cõditionis implende causa si quis debeat aliquid dare vel facere an teneatur ire ad domum illius cui debet dare vel facere.ibi.nu.18.
In cõditiõibus nũquid potẽtia significet actum.ibi.nu.19.
Cõditiõem implẽdi tempus an accurrat ignoranti.ibi.nu.20.
2 Cõditio indebiti ad hoc vt competat quid requiratur.in.l.j.nu.1.de condi.inde.fo.11.
In cõditiõe indebiti sine causa non veniunt vsure ex mora etiaz lite cõtest.ibi.nu.3.
3 Conditio causalis que dicat.Item que dicatur conditio potestatiua z que mixta.in.l.vnica.§.finautem.nu.1.de cad.tollen.fo.172.
Conditio dandi non capaci an sit potestatiua.ibi.nu.2.
2 Conditio si titius dederit an possit impleri per alium.ibi.nu.3.

**Condictio** generalis sine causa an habeat locũ.in.l.ea que de condi.inde.ibi.nu.3.fo.12.

3 Conditio ex lege non habet locum nisi in dandis vel tradendis.in.l.cuz virum.nu.4.de fideicom.fo.134.
Et actio in factum habet locum in factis.ibi.
2 Condictio ex lege an detur ad facta.in.l.ex placito.nu.19.de rerum per mu.fo.131.
2 Condictio indebiti quare non habet locũ in actiõibus que crescunt per inficiatiõem.in.l.j.nu.15.de cõdi.inde.fo.12.
2 Cõdictiõis ob causaz natura est ad resoluẽdum non ad implendum.in l.si vt proponis.nu.4.de condi.ob.cau.da.fo.13.
Cõditio ob causam an habeat locũ in cõtractu innominato.ibi.num.6.
Condictio ob causam vnde oriatur.ibi.n.8.
2 Condictio ob causam ex defectu cuius cause oriatur.in.l.dictam legẽ. nu.5.de condi.ob cau.fo.15.
2 Condictio ob causam quare non habeat locum in contractibus nominatis.in.l.dictam legem.nu.7.de condictio.ob causam data.fo.16.
Condictio ob causam quare non habeat locum in legatis modalibus. ibi.numero.8.
2 Condictio ob causam non habet locum in cõtractu simpliciter nomina to si contractus est nullus.in.l.si cum.nu.2.ver.z concludẽ.fo.130.
4 Cõdictio vsucapiẽdi quare nõ queratur ignoranti.in .l.j.nu.4.de acq. pos.fo.20.
Et de ratione differentie quare possessio queritur ignoranti z nõ vsucapiendi condictio.in.d.l.j.in.ij.lec.nu.3.fo.e0.

**Condemnari** an quis possit super qualitate fine aditiõe vel detractione.in repe.l.edita.nume.42. z nu.43.de eden.fo.90.

2 Condemnatus si post sententiam naturaliter decederet nõ deberet ieũ ciuilis exequutio fieri.in.l.vnica.nu.2.ne ex delic.defun.fo.30.
4 Condẽnari an quis possit ex presumptionibus.in.l.si hi qui.nume.5. de adulte.fo.227.
2 Condemnatus si habet vnã domum in qua habitat q̃ est magni p̃tij an cogatur illam vendere vt habeat aliã minoris pretij z supfluuz det creditori.in.l.ij.nu.2.quod cum eo qui in alie.po.fo.69.
2 Condemnatus est aliquis inq̃tuz facere potest an heres eius habebit in de bñficium.in.d.l.ij.n.4.quod cum eo qui in aliena po.fo.69.
2 Condemnatus inq̃tuz facere põt an teneat satisfare de soluendo si adpinguiorem fortunam deuenerit.ibi.nu.6.
1 Condẽnationẽ pro filio si pater soluit an istud damnum filij debeat refundere fratribus pro hereditarijs portionibus.in.l.certum est.nu.7. famil.her.fo.223.
4 Condẽnatus in duabus penis corporalib9 appellat ab vna an alia differetur.in.l.ab exequutione.nu.15.quo.appella.non recipi.fo.120.
4 Condicere quando quis possit rem suam ab alio q̃ a fure.in.l.j.nu.1. de do.que sub.mo.fo.194.
4 Condemnati duo insolidum an possint insolidum condemnari eodem libello.in.l.j.nu.10.fo.86.
1 Condemnatus in expensis ex contumacia an appellet.in.l.sancim9.n. 20.de iudi.fo.173.
Et ibi cautela.
4 Condẽnatus a crimine ex eodem processu an possit compelli ad rei restitutionem.in.l.si.quis ad se.nu.18.de vi pub.vel priua.fo.228.
1 Congregationes seu fraternitates illicite sunt prohibite .in.l.null9.nu. nu.1.de sum.tri.z fide ca.fo.8.
4 Condemnatus per inquisitionem an sit infamis.in.l.j.nu.3.nume.4.de calum.fo.237.
4 Condemnati plures ipso facto per sententiaz statuti propter maleficiũ diuidatur inter eos cõdemnatio.in.l.j.nu.6.si plu.vna sen.fo.86.
Et an vnus soluendo liberet alium.ibi.nu.7.

2 **Conducens** ad quinquennium an videatur cõducere ad quinquennium continuũ licet hoc non fit expressuz.in.l.cum hermes.nu.3.loca.fo.135.
Conductor secundus an possit expelli.in.l.certa forma.nu.7. vt in pos. leg.fo.178.
2 Conductor domus si recedit interpositis aliquibus annis si reintrat domũ illã sine pacto aliquo intelligitur cum primis pactis. in.l.etiaz. numero.8.de iure doti.fo.175.
2 Conductores plures si sunt an quilibet teneatur pro parte z quando. l.j.nu.1.loca.fo.136.
Conductor vnus qui tenetur pro parte vult solidum soluere an possit. ibi.numero.2.
Conductor vnus si solidum soluit z non est sibi cessio facta qualiter cõsuletur sibi contra alios.ibi.nu.4.
2 Conductor quare nõ videtur assertor domini locatoris.in.l.ad pbationem.nu.7.loca.fo.138.
3 Conductus est potestas pro certo semestri z non potuit venire in termino an debeat postea recipi.in.l.liberti.nu.15.de oper.liber.fo.20.
2 Conductor quc actio competat si soluit pensionem contra dominuz sine iusta causa eum expellentem.in.l.conductor.nu.2.loca.fo.139.
Conductor domus pensione soluta quibus casibus expellatur.in.l.conductor.loca.fo.139.
Cõductio an finiat morte cductoris.in.l.si dña.nu.2.de vsufruc.fo.112.

Conductor



2 Conductor non circa rẽ est male versatus sed circa honestatem.q1 meretrices inducit.an ob hoc possit expelli in.l.cõductor.nu.7.loca.f.139.
2 Cõductor qui penam exegit an possit nihilominus petere vt pareat cõtractui.in.l.si de fundo.nu.5.loca.fo.137.
Cõductor quãdo videat recõduxisse z pro quãto tẽpore.in.l.qui remanet.nu.2.cum plu.seq.fo.e0.
2 Conductor tenet de lata z leui culpa.in.l.in iudicio.nu.1.z.3.lo.fo.140.
Conductor quãdo teneatur de leuissima culpa.ibi.nu.7.z.nu.8.
Cõductor q̃ teneat de casu fortuito.in.d.l.in iudicio.nu.5.fo.e0.
2 Cõducere a te an possim si possides rem meam.in.l.ad probationẽ.nu. 8.loca.fo.138.
Cõduco a predone possidẽte nudam possessiõez.an ei efficaciter teneat ad pensiõem.ibi.nu.9.ver.denuo quero.
Cõductor an possit referre questiõem dominij.in.l.si quis.nu.ij.cum seloca.fo.139.
Conductor cõuẽtus rei vendi.an possit obijcere q̃ agens non est dominus.ibi.nu.5.ver.quero an.

4 **Confiscatis** bonis patris an confiscatur peculium filij.in l.si filius.nu.1.z.nu.2.de bo.dã.fo.138.
2 Cõfiscatio aliqua quãdo debet fieri specialr puta de dote.tñ talis cõfiscatio nõ excluditur per superuenientiam liberorum ad vniuersalem successiõem veniẽtiũ.in.l.si quis.nu.3.de inoff.nup.fo.158.
3 Confiscatione omnium bonorũ facta nõ veniunt bona postea quesita nec legata quorum dies nõ cesserat.in.l.et.nu.4.ad.l.fal.fo.167.
4 Cõfiscatio bonorũ quãdo fiat z per quẽ fieri possit.in.l.j.n.1.ne fine ius. prin.fo.238.
4 Cõfiscatiõe bonorum facta quãdo veniãt presentia z futura.in.l.si cum pecuniam.nu.2.de priui.fis.fo.134.
3 Cõfiscatiõe generali facta an veniat iuspatronatus.in.l.j.nu.1.z.nume. 2.de bo.lib.fo.22.
Et que iura non cõfiscentur.ibi.nu. 4.
4 Cõfisari quãdo debeãt bona propter indignitatem.in.l.lata sententia. nu.1.de appel.fo.108.
4 Cõfiscari an possint res ecclesie propter delictũ plati.in.l.meminerint. nu.5.vnde vi.fo.144.
2 Cõfiscata farina cõfiscatus est saccus.in.l.cum proponas.numero.6.de nauti feno.fo.93.
Confiscata naui cõfiscata est scafa.ibi.
Cõfiscato fundo an sint confiscati boues aratorij: z omnia que sunt ad cultũ fundi.in.l.cum ancillis.nu.2.in lec.antiqua de incest.nup.fo.157.
2 Cõfiscata an dicantur data in dotem ob matrimonium reprobatuz.in l.qui contra.nu.2.de incest.nup.fo.158.
3 Cõfiscatiõe bonorum facta an in ea veniãt bona cõditionalia.in.l.j.nu. 5.de bo.lib.fo.23.
2 Cõfiscari quãdo dicatur licitum propter illicitum.in.l.cum proponas. nu.3.z.nu.4.de nauti.feno.fo.93.

1 **Confessio** facta ex necessitate iudicij per tutorem z curatorẽ an preiudicet pupillo z adulto.in.l.pricipales §.quod observari.nu.4.de iureiur.fo.165.
4 Confessio facta in iudicio hoc modo cõsiteor: quid importet.in.l.si quidem.de excep.fo.162.
4 Confessio quã facit mercator i libris suis absente parte quãdocũq3 ratificata sufficit.in.l.vnica.nu.11.de confess.fo.93.
2 Confessus in iudicio an statim sit cõdẽnatus.in.l.mercalem.nu.1.de condi.ob tur.caa.fo.17.
3 Confiteri vel negare an dicatur ille qui dicit se fecisse aliquid ad suaz defensionem.in.l.nec codicillos.nu.2.de codicillis.fo.119.
2 Confessio facta in iudicio absente parte an valeat ad obligandum vel ad probandum.in.l.generaliter.nu.16.de non nu.pecu.fo. 0.
Confessionibus suspectis an standum sit.ibi.nu.18.
1 Cõfessio testatoris an preiudicet heredi.in.l.is apud.nume.23.de eden. folio.83.
1 Confessio erronea super viribus testamenti an preiudicet confitenti.in l.cum testamentum.numero.11.de iur.z fac.igno.fo.68.
4 Confessio non nocet si confessus sum me heri vulnerasse titium postea apparet quod pridie fuerat interfectus.in.l.vnica,numero.39.de cõfessis.fo.97.
4 Confessio adulti in iudicio quando valeat z quando nõ.in.l.vnica.nu. 59.de confessis.fo.94.
Confessus an habeatur pro iudicato.Et an possit recedere a ppria confessione.in.l.vnica.nu.1.de confes.fo.92.
Confessio quando eã facta ex certa scientia statim preiudicat.ibi.num. 4.fo.93.

Et quid si est facta per errorem.
4 Confessio erronee facta pretextu falsorum instrumentorum vna cuz sententia subsequuta per restitutionem in integ.retractatur quod no.in.l. iudicati.nu.7.si ex fal.instru.fo.92.
2 Confessus est reus extra iudicium me presente se dedisse mihi damnum. ex ista confessione teneatur heres.in.l.vnica.numero.14.ne ex delic. defun.fo.30.
2 Confessio quando continet causam an illa causa intelligatur precessisse tempore an messe tunc temporis.in.l.generaliter.numero.8.de non nu. pecu.fo.80.
Et qualis debeat esse illa causa.ibi.nu.9.
2 Confessio sub spe future numerationis an dicatur habere tacitam conditionẽ.in.l.si ex cautione.nu.12.de non nu.pec.fo.77.
2 Confessio aduersarij nõ est probatio sed est releuatio a probando:i aut. sed nouo iure.nu.12.si cer.pe.fo.10.
2 Confessio officialis publici non nocet fisco si officialis non est soluendo
2 in l.in contractibus.§.sed quoniam.nu.3.de nõ nu.pec.fo.81.
Confessio tutoris vel curatoris non preiudicat pupillo vel adulto.ibi dem.numero.5.
Confessio prelati non nocet ecclesie.ibidem.
4 Confessio an sit defensio.in.l.j.nu.61.qui accusare non pos.fo.201.
Confessionis revocatio an sit defensio.ibi.nu.62.
2 Confessio facta coram iudice incompetenti an preiudicet.in.l.clarum. nu.4.de aut.pres.fo.201.
2 Confessus duo quorum vnum pro se facit:aliud contra se an possit fieri separatio.in.l.si presidi.nu.3.de donatio.ante nuptias.fo.149.
1 Confessio minoris iurata sine autoritate an valeat.in aut.sacramenta. nu.12.si aduer.ven.fo.149.
Confessio rei quando possit sperari per errorem.ibi.
4 Confessio tutoris artiliari vel alius actus ab eo celebratus an valeat. in.l.vnica.nu.67.de confes.fo.96.
4 Confessio vtilis contenta in dispositione inutili probatur per instrumẽtum continens confessionem.in.l.j.numero.5.de prescrip.xxx. vel xl.an. folio.30.
3 Confessus est quis in testamento se esse vsurarium an valeat eius testamentum.in.l.j.nu.15.de fal.cau.adic.leg.fo.154.
4 Confessus quis et contentus recepisse centuz a debitore liberans eum per acceptilationem an ille sit liberatus per acceptilationem an numeratione.in rubri.nu.9.de renoc.his que in frau.cre.fo.136.
1 Confessio facta ex causa mutui cum tamen non fuerit de mutuo potest infringi excipiendo de non numerata pecunia.in.l.sub specie.numero.1. de postulan.fo.126.
Et an talis contractus sit contractus simulationis.ibidem.nu.3.
2 Confessio an aliquid operetur super presumptione iuris z de iure.in.l. sed iam.nu.2.in lec.antiqua de dona.ante nu.fol.185.
4 Confessio.dicitur preseruata quando aliquis in ea perseverat extra tormentorum illa nõ videns z quando in.l.observare. nume.6.quo. ap.non recip.fo.119.
Confessus z conuictus an appellet in pecuniarijs causis.ibidem.n.9.
Confessus sponte in criminali licet aliter nõ conuictus an audiatur appellans.ibi.nu.11.
Confiteri an quis possit per procuratorem crimen capitale.ibi.nu.14.
4 Confessio facta coram arbitro an valeat.in.l.vnica.nu. 74. de confessis. folio.96.
Confessio facta coram arbitratore an valeat.ibi.nu.75.
Confessio facta coram arbitro qui cum dubitaret de sua iurisditione pronũciauit se non arbitrum cum esset an valeat facta postea coram ipso. nu.76.
Confessio facta coram iudice in loco non solito iudiciorũ an valeat.ibi nu.78.
Confessus est debitor se esse cessionario obligatum in.r.an ista cõfessio valeat.ibi.nume.79.
Confessio super iure aut est superuacua aut irrita z quãdo.ibi. nu.80.
1 Confessio tacita ita se habet sicut renuntiatio.in.l.post9.nu.16.de pac. fo.102.
2 Confessio dotis non recepte an confirmetur sicut cõfirmatur donatio. l.j.nu.4.de donatio.ante nuptias .in lectura antiqua.fo.184.
1 Confessio falsa an preiudicet confitenti.in.l.cum falsa.n.2.de iur et fac. igno.fo.69.
Ex confessione extrajudiciali an oriatur ius et probatio.ibidem.nu.3.z numero.4.
Confiteor rem meam tuam esse an per hoc mihi preiudicem ibidem numero.5.
1 Confessio an prosit illi qui primo negat postea confitetur.in.l.cõtra negantem.nu.3.ad.l.aquil.fo.221.
Confitens factum z negans qualitatem an habeat beneficium statutum quod datur confitentibus.ibi.nu.4.
4 Confessio officialis de solutiõe licet minus solẽniter facta probat solutionem.in.l.omnes.§.ad hec.nu.1.de quadri.prescri.fo.29.
Decus in procuratore primati ad exigendum z recipiendum.ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Confessio non operatur quicq̃ etiam si procurator habet in mandatis ad confitendum se recepisse.ibi.nu.2.

1 Confessio testãdi libere intelligit legitime z iuris solẽnitate seruata.in l.ñ quãdo.nu.1.de inoffi.test.fo.195.

2 Cõfessus per torturam partis vel qui cõfitetur propter torturaz filij dicitur cõfessus in tormẽtis z nõ debet stari cõfessioni simplici nisi iuuet p seuerãtia.in.l.vnica.nu.9.si rect.prouin.in lec.antiqua.fo.184.

Cõfessio facta coram notario abq; iudicis presentia vel commissiõe nõ valet.inl.vnica.nu.103.de cõfes.fo.98.

Confessio facta in iudicio per alium iudicem nõ põt exequtioni mãdari.ibi.nu.195.

4 Confiteri an quis dicatur quod in libello ponit.in.l.cum precum.nu.1. nu.2.de lib.cau.fo.12.

4 Confessus ex sola cõfessione quando possit condemnari.in.l.si quis in ea.nu.3.de cust.reo.fo.222.

Confiteri vbicunq; quis potest cogi non admittitur reuocari ibidem. numero.4.

1 Confessio erronea sepius repetita potest reuocari.in.l.vnica.num.1.de erro.calc.fo.126.

4 Confessatum in vno iudicio potest negari in alio iudicio ad allium finẽ tendentes quod est no.in aut.item possessor.nume.3.qui potio.in pigo. ha.fo.154.

4 Confessio de recepto tot9 quantitatis potest fieri ex causa trãsactionis in.l.interest.nu.1.de solu.fo.175.

1 Confessio facta in iudicio tenet etiam si ad hoc confitens sit inductus dolo.in.l.de tutela.nu.6.de integ.resti.fo.145.

1 Confessio facta in tormentis an z quando valeat.in.l.cũ te non solũ.nu. 11.quod met.cau.fo.143.

4 Confessus quis se adulterium cõmisisse cum berta coꝛã iudice seculari an ex tali confessione possit condemnari.in.l.vnica.nume.36.de confes. fol.94.

3 Confessio in vltima volũtate nõ presumit simulata.in.l.j.numero.4.de ial.cau.adie.leg.fo.154.

Confessio in vltima volũtate an inducat dispositionem.ibi.nu.5.

4 Confessio quando possit reuocari et quando preiudicet.in.l.cum precũ nu.6.de lib.cau.fo.12.

3 Confessio facta alicui pro se z heredibus suis masculis an trãseat ad heredem suũ extraneum masculum.in.l.liberti.numero.27.de operis lib. folio.21.

1 Confessio facta coram arbitro non habet per omnia viz cõfessionis facta in iudicio.in.l.cum antea.nu.13.de arbi.fo.163.

4 Confessio facta coram tabellione nõ habet exequtionem paratam.in l.iubemus.nu.1.de lib.cau.fo.12.

Confessio facta coram notario maleficiorũ absq; iudice vel coram iudice nõ in figura iudicij non facit plenam probatiõem sed indiciuz quod est no.ibi versi.ex qua.

4 Cõfessio facta coꝛã tabelliõe actorum nõ facit fidem.in.l.si fideiusso2.n. 2.de fideiul.fo.172.

4 Confessiõi duorum inuentorum in stupro an stetur si confitentur & ante vnus alterũ inimicem vespõsauerũt.in.l.si fideiusso2.numero.5.de fideiul.fo.172.

4 Confessio facta nõ trãsit ad heredes.in.l.accusatiõem.nume.13.qui accusa.non pos.fo.205.

4 Confessio facta contra libertatem nõ valet.in.l.hac si volens.num.1.de lib.cau.fo.12.

4 Confessioni an et quãdo stet.in.l.vnica.nu.10.11.12.z.nu.13.z.n.18.de cõfessis.fo.93.

1 Confessio non nocet erranti si constat de erroꝛe facti ante sententiam erroneam.in.l.erroꝛ facti.nu.1.de iur.z facti igno.fo.69.

4 Confessus an possit condemnari non formata inquisitione vel accusatione contra eum.in.l.vnica.nu.33.de confes.fo.94.

Confessioni an fit standum si reus fecit positionez de iure tertij et est cõfessus actoꝛ ibi.nu.34.

Confessioni duoꝝ qui fuerant accusati de stupro standuz est si cõfitent se contraxisse matrimonium.ibi.nu.35.

4 Confessus sponte non appellat.in.l.vnica.nu.4.de confessis.fo.93.

4 Ex confessione cui non creditur quis ad aliquam penã non astringitur quod est no.in.l.vnica.nu.23.de confes.fo.94.

Cõfiteri homicidiũ & fecit an possit surd9 vel mut9 a natura.ibi.n.27.

Confessio sola sponte facta sufficit ad penam capitalem infligendam in.l.si quis in hoc.nu.3.de epis.z cle.fo.36.

Et hoc verũ si talis confessio sit verisimilis z si fiat ante sententiaz.ibi.

2 Confessio facta in testamento an possit reuocari.Et an credatur dicto testatoris contra heredem.in.l.rationes.nu.2.de proba.fo.35.

Confessioni testatoris iuramento roborate heredes stare tenentur. in aut.quod obtinet.ver.not.de proba.fo.39.

3 Confitetur quis expresse instrumentum falsum esse verum an reprobato instrumento ranc̃ falso confessio preiudicet.in.l.alia causa.nume.2. de his quibus vt indig.fo.118.

Confitetur quis vera esse ea que continentur in quodam instrumento deinde apparet & instrumentum est non solenne an dicta confessio noceat confitenti.ibi.nu.3.

2 Confessio in casu aut.rogati.de test.non probatur per duos testes.ibidem.nu.3.fo.35.

2 Confessio ficta an infamet sicut confessio vera.in.l.si tutoꝛ.nu.1.in lect. antiqua de interdi.matr.fo.186.

1 Confessio ficta an possit elidi per probationes cõtrarias remissiue.i.l. erroꝛ facti.nu.14.ver.item vtrum.de iur.z fac.igno.fo.70.

Confessio defuncti an reuocetur per heredem.ibi.nu.15.

1 Confessionem filij an pater possit reuocare remissiue ad gl.in.d.l.erroꝛ facti.nu.15.fo.70.

Confessionem domini procuratoꝛ potest reuocare.ibidem.in fi.

1 Confessus maleficium sponte quẽ tamẽ iudex absolut de facto ex ista confessione nullus amodo resultat effectus.in.l.si quis in hoc.num.4. ver.quero.de epis.z cle.fo.36.

1 Confessio si emanat super dominio z possessionevt qz recognosco te dominum z possessoꝛem rei mee an per hoc mihi preiudicem.in.l.cum falsa.num.7.de iur.z fac.igno.fo.69.

Confessio informis super dominio nullum dat titulũ presertim specialẽ ibidem.nu.8.

Et quid de confessione super possessione tantum.ibidem in fi.

Confiteri originẽ obligationis an videatur ille qui opponit exceptiõez pacti dilatoriam solutionis aut peremptoriam actionis.in.l.vnica.nu. 16.de confes.fo.93.

Confiteri an possim postea quod primo negatur z cõfitendo exceptionem opponere.ibi.nu.17.

Confessio facta in tormentis an preiudicet.ibi.nu.18.

Confessioni facte in tormentis an stari debeat z an intelligatur perseuerare eoipso.q̃ non reuocat.ibi.nu.19.

Confessio extrajudicialis an faciat solemne indicium ad torturam.ibidem.nu.20.

Confessio extra iudicium facit semiplenam probationem.nu.21.

Confessioni sponte facte an fit standum.ibi.

Confessus fui & flumina inũdauerunt possessiõem quam bõafide.tenebam z possidebam an videar cõfessus interruptam prescriptiõez.ibi.n. 87.fo.97.

Cõfessus fui rem fuisse patris tui sed tuam nego esse vtruz ista sit negatio.ibi.nu.89.

Si quis confitetur factum nõ valẽs obligare an oriat actio.in.d.l.vnica.nu.95.de cõfes.

Confessio facta coram iudice incompetenti an valeat ad torturam.ibidem.nu.96.

Cõfessio facta in libello vel in alia scriptura iudicij producta aduersario absente perinde valet acsi eo presente.ibi.nu.97.

1 Confessio facta in iudicio sine causa an requirat insinuationem.in.l.illud.nu.12.de sacrosan.ecc.fo.28.

1 Confessio se nõ vsurũ priuilegio fori an habeat vim renũtiatiõis.in.l.si quis i.nu.1.de epis.z cle.fo.53.

4 **Confirmatum** quibus modis aliquid dicatur.in.l.j. nu.1.de test.manumis.fo.3.

4 Confirmatiões prelatorum possunt fieri quolibet loco.in.l. fi vt propo nis.nu.6.in.ñ.lec.quo.z quando iud.fo.43.

2 Cõfirmans est duplex.in.l.placito.numero.3.de rerum permutatione. folio.131.

Cõfirmatio est duplex.ibi.nu.6.

4 Cõfirmatio superioris nõ purgat vitium electiõis prouenies iure positiuo q8 est notabile.in.l.nominatiões.nu.3.de appel.f.108.

Cõfirmari quando possit id quod nullũ est extra iudicium.ibi.

1 Confirmatus nemo presumitur nisi doceat de cõfirmatiõe.in.l.si aquã. nu.75.de ser.z aqua.fo.219.

1 Confirmatio presumitur precessisse vitiũ possessiõis si electus sciẽte eo ad quem pertinet confirmatio diu possedit.in.l.filiussa.nume.1.de pet.here.fo.201.

3 Confirmatione non indigẽs nõ vitiatur per inutilem cõfirmatiõem.in l.quidam.5.sed cũ.nu.1.de necess.ser.fo.86.

3 Confirmabile nihil valet sine cõfirmatiõe: confirmatio nihil valet sine cõ firmabili.in.l.si annus.nu.1.de li.prete.fo.87.

Confirmanda bene irritantur non autem perfecta z confirmata.ibi.

3 **Coniunctus** prefertur disiuncto in reciproca substitutione.in.l.j.nu.5.de impu.fo.76.

4 Coniectura quid sit.in.l.ea quidem.nu.13.de accusationibus.fo.219.

4 Coniuncta que dicãtur esse.in.l.per hanc.nu.8.de tempo.appel.f.112.

Coniuncta que sunt illa que nullo modo sunt.ibi.nu.9.

3 Cõiuncti re z ẏbis q dicant.in.l.vnica.5.his ita.nu.1.de cad.tol.fo.173.

4 Coniuncta persona est aptioꝛ ad nocendum q̃ nõ coniuncta.in.l.datã. nu.5.de bona.fo.199.

Et quando.ibi.

4 Coniuncta persona non est procuratoꝛ nisi habeat mandatũ.in.l.j.nu. 3.quibus res in.non no.fo.90.

Coniuncte



Coniuncte persone vel affini an possit solui sine mandato.ibi.nu.5.

4 Coniuncta persona non accusat pro coniuncta cũ minoꝛe tutoꝛem vel curatoꝛem habente.in.l.senatus.nu.1.qui accusa.non pos.fo.204.

1 Coniũcta persona etiam ex parte actoꝛis an teneatur allegare mandatum.Et an mittatur sine mandato.in.l.exigendi.nu.j.versi.tertio not.et nu.2.de procur.fo.135.

4 Coniunctionis copulatiue natura est quasi eadem cũ natura vnionis.in l.cũ solitum.nu.12.de senten.z interloc.om.iudi.fo.59.

1 Coniuncti presumuntur scire etatem minoris.in.l.de tutela.nu.1.de in integ.resti.145.

Coniuncti quare admittuntur ad testificandum super etate.ibi.numero.2.

4 Coniunctus dicitur aliquis plene z semiplene.in.l.si quis.num.2.ad leg. iul.ma.fo.223.

4 Coniuncte persone sine mandato potest solui.in.l.cum maritum.nu.1. de solu.fo.174.

3 Coniunctio verbalis an habeat disponere de virilib9 portionibus.in.l. vnica.5.vbi .autem.nu.1.de cad.tol.fol.174.

4 **Consensus** nõ inducit iurisdictionem cessionem nisi intervenial titulus z cessio.in.l.eius.nu.2. de cõpen.fo.83.

3 Consensum verum requirit electio.Et consensus libertatẽ.in. q.de.schismate.nu.1.fo.112.

1 Consensus partium quando possit facere illud valere quod alias non valeret.in.l.j.nu.6.in.fi.de iurisd.om.iudi.fo.182.

1 Consensus longo tempore continuatus z etiã traditione subnixus nõ habetur loco stipulationis sed loco nudi pacti.z ideo non parit actiõez in.l.si certis annis.nu.1.de pac.fo.110.

1 Consentire videtur nõ contradicens fauore religionis.in.l.iubemus.5. seruos.nu.2.de epis.z cle.fo.48.

2 Consensus plurium vbi requiritur: puta matris z propinquoꝝ si mater est mortua requiritur consensus propinquoꝝ z iudicis.in.l.in cõi ctione.nu.2.de nup.fo.fo.155.

Et quid si dissentiant illi qui debent consentire.ibi.nu.4.

1 Consensus partium facit q̃ iudex euitat penã quã iurreret si absq; cõsensu partium procederet quod nota.in aut.generaliter.nu.5 de epis. z cle.fo.42.

1 Consensus propinquorum an sit immediata cã translationis dominij stante statuto q̃ mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum.in.l.mater tua.nu.12.fo.205.

1 Consensus partium in prohibitis a iure nõ tenet.quod est no.in.l.j.nu. 2.de peda.iudi.fo.175.

2 **Consequentia** non est bona interfect9 fuit a latronib9 ergo derobatus quia vnum potest esse sine alio.quod est notabile.in.l.j.ver.nota hic depositi.fo.93.

4 Consequentia ista an sit bona res est subhastata ergo nõ est vendita.in l.j.nu.2.de prescrip.xxx.vel.xl.ann.fo.30.

4 Consecratio non facit papam si canonica electio nõ precessit.in.l.discretis.nu.2.de testa.ma.fo.3.

1 Consequimur aliquid causatiue quod nõ possumus petere precise.in.l. fine apud.nu.13.de transac.fo.122.

2 **Conseruatio** indẽnitatis potest intelligi dupliciter.i.l. si mater.nu.2.ad velleia.fo.74.

Connexoꝝ et coherentium idem est iudicium.in repeti.l.petens.nume. 33.de pac.fo.109.

4 **Consilium** quid sit in.l.j.numero.3. de vindica.liberta.folio.2.

3 Consulens quando teneatur et quando quis obligetur ex consilio.in.l. j.nu.4.z.nu.6.de ser.fugi.fo.2.

1 Consilium.l.filijs.de inoffic.testamen.an hodie teneat.ibidem. numero 6.folio.190.

3 Consilium dans quando possit illud interpretari.in.l.j.nu.13.de ser.fu. folio.2.

3 Consilium emendare quando quis possit.in.l.manifestissimi.5.sed cum in secundum.nu.6.de fur.fo.18.

2 Consilium si debeat requiri et quando aliquid est faciendum de cõsilio an valeat si fiat sine consilio.in rub.numero.5.versi.vt autem hec. z numero.6.de exerci.fo.67.

Consilium debet requiri in ipso actu dũ tractatur de celebratione eius z conclusione.ibi.nu.6.in fi.fo.68.

2 Consilium alicuius quando requiritur an illud de necessitate sit sequẽdum.in.l.j.numero.1.versiculo nota quod quando.de tuto.et curato.folio.197.

1 Ex consilio an quis teneatur et qualiter.in.l.si aquam.num. 47.de serui.z aqua.fo.237.

4 Consulens contra commune si certe consulit bonus est nec debet dici consuluisse contra cõmune immo pro communi.in.l.vnica.nu.1.de sen. prefec.preto.fo.37.

1 **Consortum** vnus altero irrequisito an possit vẽdere partem suam.in.l.j.numero.1.communi dividũ. folio.230.

1 Consors quando possit agere pro consorte absente sine mandato.in.l. commune.numero.1.z nume.2.7.nume.3.7.numero.4.de cõtoꝛ.etiusd. tit.folio.236.

4 **Consobrinus** vel patruellis an proprie dicat frater. l.vꝛo.nu.1.qui accusa.non pos.fo.204.

2 **Constitutum** requirit & precedat debitũ z de ratione. in.l.receptitia.nu.6.de cõsti.pec.fo.32.

2 Constituit quis se soluturum fundum etiam si non solueret cõstituit se soluturum.z.qualiter intelligitur si non solueret.in rubri.nu.4.de consti.pecu.fo.31.

Constitutiones extrauagantes an liceat ignoꝛare.in.l. leges sacratissime.nu.4.de leg.fo.66.

3 Constitutio quando extenditur an trahatur ad casus veteres.in.l.si qs seruo.nu.8.de fur.fo.17.

Constitutio episcopi si excommunicat facientes furtum.dicta pena nõ habet locum in casu fictionis.ibi.nu.9.

1 Constitutio si dictat q̃ appellatio procedat licet non sint petiti apostoli.qd iuris si delegatus pape in prouincia in qua viget talis cõstitutio tulit sententiam et ab ea fit appellatum.in.l.aduersus.nu.3.si aduer.rẽ iudi.fo.147.

1 Constitutionis tempoꝛa nõ obseruãs dicit nõ obseruare formam cõstitutiõis.in aut.que supplicatio.nu.6.de preci.impera.offe.fo.74.

3 Constitutio penalis non dicitur extendi quando extẽditur ex mẽte eiusdem cõstitutionis.in.l.si quis seruo.nu.4.de furtis.fo.17.

Cõstitutio dicte.l.si quis seruo.an habeat locum in filio.ibi.nu.5.

3 Constitutio synodalis episcopi an possit executoribus nõ exequentib9 testamẽta impõere penas priuatinas vel artatiuas officij.in.l.vnica.nu. 57.de his que pe.no.fo.134.

2 Constitutum an desinat si post cõstitutuz prima causa elidatur.in rubri ca.nu.2.de consti.pec.fo.31.

Constitutum an possit contrahi per generalem nuntium.ibi.nu.9.

Si constituo existenꝰ rome me soluturum capue creditoꝛ debet ire capuam vel mittere ad recipiendum solutionem alias debitoꝛ non est in mora.in rub.nu.6.de consti.pecu.fo.31.

Constitutum quid si est factum ex falsa causa quam constituens cõfitetur esse veram.ibi.nu.7.

2 Constitutoꝛ an possit accedere ciuili obligationi.Et an sit ratio diuersitatis inter fideiussoꝛem z constitutoꝛem.in.l.si cui numerate.nu.6.de non nu.pecu.fo.82.

4 Constitutio principis se trahit retro z die coronationis non ante.in.l. bene.nu.3.de quadri.prescri.in.ñ.lec.fo.38.

